



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

19 Maji. 14 Kal. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

XIX MAJI.

451

S  
c ani-  
sed in  
li de-  
Fosso  
flam-  
e pro-  
cuctus  
iasti.  
orum  
n aliis  
dâ ve-  
Epi-  
ndra;  
atroc-  
rtires  
tis, in  
The-  
Mar-  
ævis-  
tyrio  
quo  
dicus  
num  
guine  
&c.  
RIA,

S. MARIA, quæ B. Felici tuum  
Elium in sinu collocasti, & morientem  
ad calum invitasti. Fac, ut JESUM ita  
udente sinu accipiam semper in Eu-  
charistiâ, quasi tuum verè Parvulum  
in cor mihi tu ipsa porrigeres!

19 Mاجي. 14 Kal. Junii.

Ancte Petre Cælestine, qui, inter  
prima infantiaæ tuæ verba, dice-  
bas matri: *Volo esse bonus servus Dei;*  
quem ad scholas missum esse, glo-  
riosus è calo parens laudavit; cui  
in studiis JESUS è Cruce se magi-  
strum, Angelos verò morum, &  
studiorum præceptores dedit, qui  
etiam te fortè deerrantem plecte-  
rent; quem oculis, ac alias ægrum  
MARIA sanavit: qui orando con-  
solitus, Angelorum Sanctorumque  
ægmen, & in singulorum ore singu-  
las rosas rubras vidisti, cælesti quo-  
que musicâ recreatus: quem Abbas  
mortuus, à te consultus, hortatus  
est, ut divinum sacrificium cum re-  
verentiâ celebrares; & Christus  
monuit, ne ab eo celebrando abs-  
tineres, ob eas sordes, quæ, in so-  
mno, etiam castis corporibus pos-  
sunt, animo in vito, accidere: cui  
& studenti, & demum post abdica-  
tum,

452 ANNI CÆLESTIS  
tum, singulari omnino exemplo,  
Romanum Pontificatum, morien-  
ti, Angeli applausere, tēque ad ma-  
gistrum JESUM, ac MARIAM duxere.  
cujus animam cùm in cælum ferri  
videret quidam, peteretque con-  
siliū, *quid sibi agendum esset?* ei  
sanctum silentium suafisti. Doce  
metacere ac loqui, doce orare. Ora  
pro me, ut magistro JESU, ac Ange-  
lis bonis ita obediam, *ut sim bonus*  
*Dei servus.* Ita à magistro meo JESU  
sciam vivere, ac mori, prout ille me  
è cathedrâ Crucis docuit vivens, &  
moriens. Amen.

S. Pudens, Romane senator, qui  
ab Apostolis baptizatus, innocen-  
tiæ tunicam, ad vitæ usque coro-  
nam, immaculatè custodivisti.

S. Pudentiana Virgo, S. Pudentis  
filia, quæ opes tuas omnes Marty-  
rum, ac pauperum obsequiis im-  
pendisti.

Sancti Calocere, & Partheni,  
primates aulici, Martyres.

S. Philotere, Martyr.

S. Cyriaca, cum aliis quinque  
Virginibus, Martyr; quæ dirè la-  
niata, igne tandem cremata es.

S. Dunstane Archiep. piâ musicæ  
arte præstans, cuius cithara divini-  
tus ultrò sonans, hæc verba redde-  
bat:

bat: *Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti!* qui orans, patrem tuum, & matrem, posteā et amicum, in cælo gaudere vidisti: cum Religiosus otium fugeres, & in cubiculo laborares, Angelos psallentes audisti: qui Santos Petrum, Paulum, Andream, gladiis, aureo charactere inscriptis, armatos vidisti; Andreâ etiam canente: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me; quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem nimibus vestris.* qui Regi Deo, nuptias in cælo celebranti, canere jussus, cum nescires, hæc ab Angelo canere didicisti: *O Rex gentium, dominator omnium, propter sedem maiestatis tuae, da nobis indulgentiam, Rex Christe, peccatorum. Alleluja!* à quo ejectos Clericos parùm pudicos, cum Rex restitui peteret, Crucifixi imago tibi respondit: *Non fiet; non fiet.* *Judicâstis bene; mutaretis non bene.* qui Angelorum, & Sanctorum omnium choris præfens, MARIAM etiam, cum Virginum choro, ad templum ducem, & comitem habuisti: qui à Cherubinis & Seraphinis, auro coronatis, ad cælum invitatus, sabbato moriens, visus es, una cum lectulo, ferri in cælum:

qui

454 ANNI CÆLESTIS  
qui negligenti, tepido, & è religio-  
ne fugam meditanti Religioso,  
post mortem apparuisti, atque dixi-  
sti : *Vis deserere matrem tuam? Ego*  
*tali viâ non perveni ad Deum.* Doce  
me orare; excita me à torpore; ut eâ  
viâ, quâ tu, quâ Sancti reliqui, ad  
cælum perveniam.

S. Ivo, qui per septem dies con-  
tinuos orâsti, nil comedens; qui  
aqua signo Crucis divisisti; vidua-  
rum, pupillorum, & pauperum  
sancte ac ingeniose advocate; Ju-  
risconsultorum, ac Judicium, nî  
perire velint æternum, exemplar;  
qui orando panes auxisti; energu-  
menos, & ægros curâsti; incendium  
extinxisti; aquas, ut per illas me-  
dius cum famulo ire posses, divisi-  
sti; Angelum, in specie pauperis,  
pavisti.

OMNES SANCTI, &c.  
pag. 320.

S. MARIA, quæ S. Petrum Ca-  
lestimum, unâ cum S. Joanne Evan-  
gelistâ, visisti, dum librum lecitaret.  
Doce me ita sancta legere, ut ea legi  
à me tu vis!

20 Maij.